

Johann Huswedel

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis, Johannes Huswedelius,
Phil. pr. Prof. Ad Exequias Quas Liberis gemellis carißimis Wilhelm-Johan &
Emerentiae Clingiis, infantulis nuper natis, moestissimi parentes paratas hodie
cupiunt, Omnes Academiae Cives quo par est studio, invitat**

Rostochi[i]: Kilius, 1639

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747405530>


Druck Freier  Zugang



Huswedelius, J.,
in W. J. et E. Clinge.

R. 1639.

14



PROGRAMMA

87

Quo
RECTOR

Universitatis Rostochiensis,

JOHANNES HUS-
DEL IUS, Phil. pr. Prof.



AD EXEQUIAS

Quas

Liberis gemellis carissimis


WILHELM-JOHAN

&

EMERENTIÆ CLINGIIS,

infantulis nuper natis, moestissimi
parentes paratas hodie cupiunt,

*Omnes Academia Civēs quo par est
studio, invitāt.*



ROSTOCHI,

Litteris NICOLAI KILII, Academ: Typogr.

Anno M DC XXXIX.

14.



Haec vere illud est, quod ex ore afflicti
& perpeſſitij ſenis Hiobi, piè dici & re-
peti ſolet, *Dominus dedit, dominus ab-
ſtulit, Nomen Domini ſit benedictum.*
Etenim Viro Ampliſſimo & Pruden-
tiſſimo Dn. BERNHARDO CLINGIO Con-
ſuli hujus Reipubl. magnifico & matronæ honora-
tiſſimæ URSULÆ DOROTHEÆ Ducis /
conjugibus fortunatiſſimis, ille generis humani pa-
rens, cultor & ſervator Dominus prolem dederat ge-
mellam, filiolum WILHELM JOHAN & EME-
RENTIAM filiolum, editos in hujus mundi lumi-
nis oras noctu inter 27. & 28. Martij Menſis: ſed eor-
dem, ut humana lingua loquamur, abſtulit, hoc eſt
ex hoc mundo ad ſe in coeleſtem vitam revocavit,
idem ille hujus univerſi prudentiſſimus arbiter & gu-
bernator: ſæmellam quidem EMERENTIAM die
3. April. hor. 7. matutina, maſculum vero WIL-
HELM JOHAN die 6. April. circa eandem horam.
Dubium vero non eſt, quin pijs parentes ob iſtum
benedictionis conjugalis non ſimplicem fructum
ſumma lætitia inceſſerint: ſed & nihilo minorem
nunc eos dolorem ac triſtitiam perſentiſcere ex lu-
ctuoso utriuſq; obitu, ne illud quidem, cui ſimile
quidpiam contigit, ulli dubium eſſe poteſt. Noſ ri-
Cives Academici, videtur eſſe officij, ut pijs & pri-
marijs parentibus, dolorem quantum poſſumus, le-
niamus, & condolentiam Chriſtianam frequenti in
hodiernis exſequijs præſentia teſtemur. Neq; vero
cuiquam

cuiquam ignotum esse potest, quibus hoc officium
 præstemus. Orti enim sunt gemelli ex parentibus
 & maioribus pietate, virtute, rerum gestarum deco-
 re, florentissimis: Paternæ quidem GLINCIANÆ
 familiæ aliquoties, atq; adeo nuper admodum, de-
 ducta & laudata est series, neq; cuiquam ea nostrum
 ignota esse potest: Materna vero hac, licet ex parū
 optabili, occasione innotescit. Nata enim est hone-
 stissima & præstantissima horum gemellorum bea-
 tultorum parens URSULA DOROTHEA Duceſ/
 ex antiquissima patritiorū DYCKIORUM in Civi-
 tate Embecensi & insignib. Feudis ab Illustrib. Du-
 cib. Br. & Lunæb. dotatâ familia. Paternæ ejus, horū
 gemellorum avus maternus, fuit Vir Amplissimus
 & Prudentissimus Dn. HANS Duceſ Consul Embe-
 censis, Mater EMERENTIA von Stormbeck Avus
 eidem paternus Dn. JOBST Duceſ Consul ibidem,
 Avia paterna, ANNA von Uhusen. Proavus Dn.
 HANS Duceſ ibidem Consul, Proavia URSULA von
 Elm. Et hi quidem ex familia matris paterna recen-
 sentur majores, in quibus continuata consularis di-
 gnitas magnâ virtutis continuatæ exillimationem
 indicat: cui altera materna non tantum par est, sed
 aliqua etiâ parte superior videtur. Avus enim fuit
 maternus, Vir Amplifs. & Prudentissimus Dn.
 CURT von Stormbeck Consul Brunsvicensis, de illa
 Republ. optimè meritis. Et in legatione ad Casarem
 Lipsiæ mortuus. Avia materna EMERENTIA
 Pauls/ soror Dn. CUNRADI & KARO-

ROLI primariorum consiliariorum Electoris Pala-
tini. Proavus D. ALBERTUS PAULI Consiliarius
intimus Electoris Saxonæ: omnes Viri Amplissimi,
Consultissimi, Prudentissimi, Matronæ vero hone-
stissimæ & ornatissimæ. Et hæ quidem horum ge-
mellorum sunt familiæ, verū terrenæ tamen; Lon-
gè sublimior ac dignior ea est, quæ cælitus ortum
ducit, cui inserti sunt per lavacrum regenerationis
ac renovationis in Spiritu sancto, ut in librum vitæ
cælestis adscripti, ejusq; civitatis jure donati & ele-
cti hanc mortalem vitam illa æterna commutarent.
Nihil igitur est, quod de cura & educatione sollici-
torum parentum, de institutione & adsuæfactione
ad pietatem & mores utraque generatione dignos
multa referamus: officijs illis fungitur ipse DEUS
pater benevolentissimus, magister fidelissimus, tu-
tor potentissimus. Ad parentes potius, DEI beni-
gnitate, & gratia superstites alloquium nostrum di-
rigemus, ut illi hanc sobolis carissimæ translatio-
nem pio & Christiano animo excipiant, nec luctui,
ultra quam fas & pium est, sese permittant. Primo
enim animi virilis constanti & nobili conditione
indignum est, luctui sese dare.

*Quisquis composito serenus ævo
Fatum sub pedibus dedit superbum,
Fortunamq; tuens utramq; rectus,
Invictum potuit tenere vultum:
Non illum rabies minaq; ponti*

Versum

*Versum funditus excitantis astum:
Nec ruptis quoties vagus caminis
Torquet fumificos Vesevus ignes:
Aut celsas soliti ferire turres
Ardentis via fulminis movebit.
Quid sortis trepidi male tumultus,
Miramur sine viribus furentes?
Nec speres aliquid, nec extimescas,
Ex arma veris impotentis iram.
At quisquis trepidus parvet vel optat,
Quod non sit stabilis, suiq; juris,
Abjecit clypeum, locoq; motus
Nedit, qua valeat trahi, catenam.*

Et hanc virilis animi constantiam, imitabitur mascula mulier, nec à natura, nec à ratione, nec à sui, sexus exemplis destituta. Quis vero præter decorum, operam rei supervacaneæ & inutili nihil profecturam impendat, cui vel in Muscio, vel in foro vel in curia sit, quod agat? si nemini vacat, honestius occupato luxuriari, lascivire, potare, uno verbo, otari, ecquid vacare ad lugendū poterit? Homo literatus, Deus bone! quantam negotij copiam inveniet, si armarium suum reserare, si supellectilem explicare, si studiū intendere velit. In qua animi parte, in quo angulo luctus locum invenire, invadere & occupare possit, quem totum occupavit amor ac studium sapientiæ? qui causis in foro agendis, judicandis rebus, litibus componendis gnaviter intentus est, an is

domi desiderare, luctui vacare, planctus edere salva
honestatis ac temporis ratione possi? Cui curia in
oculis est, patria in animo, quem salutis publicæ cu-
ra coquit & versat sub pectore fixa, an is relicta Re-
publ. privatum dolorem foveat? & *χρη πικρῶτατον ἔυδειν*
βελήφρον & quæ sequuntur. Non vacat Reipubl.
principi, non Senatori, non Consuli per totam no-
ctem somno indulgere, cui salus populi, suprema,
lex & prima cura esse debet. Somno vacare cum non
debeat, an rectius & honestius luctui poterit? Quan-
tum ergo damni secum tractura sit hæc inutilitas,
palam est. Res domestica negligitur, negligitur
publica quia luctui sua sunt concedenda tempora,
negliguntur sacra, negliguntur profana, neq; enim
curari permittit luctus: adeoq; potius contra deco-
rum & emolumentū proprium, publicum agimus,
quam luctum intermittere vulgo possimus. Quid
vero, si hæc lugendi consuetudo, non etiam nihil
ab impietate trahat. Pium est credere, quod DEUS,

Stelliferi conditor orbis

Qui perpetuo nixus solio

Legemq; pari sidera cogit

Fratris totis obvia flammis

Nunc obscuro pallida cornu

Rapido celum turbine versat

Ut nunc pleno lucida cornu

Condat stellas Lunna minores

Phæbo propior lumina perdat.

Ut Hesperugo vesperum adducat, idem Lucifer
mane auroram: ut bruma dies contractiores faciat,
æstas noctes: Ut horæ annum temperent, *Quæq;*
Arcturus semina vidit, Sirius altas urat segetes, brevi-


ter

ter, *Omnia certo sine gubernet. At vero qui luctui in-*
dulget neganti propior videtur. Pium est credere
DEUM, ut provide omnia gubernat, ita paterno
affectu hominem in primis prolequi: An qui luctu
indulget, si utcumq; DEUM esse credat, vix est, ut
paternam ejus voluntatem & affectionem admit-
rat. Nam cur tantus lubrica versat, Fortuna vices? Cur
pauperes, qui solem domi citius quam panem cer-
nunt, liberis onusti incedunt, fortunatis & copiosis
vel nulli nascuntur, vel nati opinione citius aufer-
runtur? DEUS est qui hæc agit, pater est: Nec Deus
iniqu; aget, nec pater invidè aut malignè. Constat ei
sui consilij, sui decreti, suæ actionis ratio, etiam no-
bis ignotissima. Licet, rem si humana etiam ratione
expendamus, negare nõ possimus, minores & pau-
ciores lugendi causas iis esse, quorum liberi cito ex
hac vita decedunt, certi nimirum sunt, animas eor-
um esse in manu Dei, nec tormentum eos mortis
tangere; non esse obnoxios periculis bellicis, non
morbis, non rerum ad vitam necessariorum defe-
ctui: quæ magis vel hoc ipso tempore præsentia,
sentimus, quam ventura metuimus. Quid si indo-
lem singulorum consideremus, an lugendi causam
habeamus in dubio est? Imo quod nullam habea-
mus certum est: Aut enim proba futura est, aut in-
proba: Probæ gaudium nobis potius parit, quam lu-
ctum. Quis non malit, si moriendum sit, mori pro-
bū, quam improbum. Quamvis de probitate futura,
quis

quis fidem nobis certam faciat? Fortes quidem cre-
antur fortibus & bonis, & vim insitā doctrina pro-
moveret, rectiq; cultus pectora roborant, interim ubi
mores utcunq; deficiunt, dedecorant bene nata,
culpæ. Sed quid ego lumen soli mutuo, aut in syl-
vam ligna fero. Ea pietate, prudentia, & virtute pa-
rentes, nō committent, ut quamvis tristissimo dul-
cissimæ sobolis gemellæ obitu affecti, luctu quoq;
eam ob causam confecti, prostrati & abjecti videan-
tur, Deus est, ut ab initio huc illud revocem, qui de-
dit, idem est qui abstulit, imo aliis ad æternitatem
secuturis prætulit. Is ipse dispulsis moestitiæ nebu-
lis radio; gaudij & lucis divinæ animis moerore ob-
ductis inmittat, afflictos erigat & efficaci conso-
latione resectos confirmet. Nostræ partes erunt,
cives Academici, id agere, quod initio rogati sumus,
Præstandum est Christiani funeris officium, non
propter honestatem solum, sed & pietatem, consci-
entiamq; cum præsertim lex caritatis moneat, jube-
atq; alteri præstare, tibi quod præstitum velis. Quis
vero sibi suisq; id officium præstari, omnibus votis
non expetat? P. P. Rostochij, sub sigillo Rectora-
tus Anno 1639. die 9. Aprilis. Fiet conventus
in æde S. Mariana ad horam 1. pomerid.



ter, *Omnia certo sine gubernet. At ver-*
indulget neganti propior videtur. P-
 DEUM, ut provide omnia gubern
 affectu hominem inprimis prolequi
 indulget, si utcuq; DEUM esse cr
 paternam ejus voluntatem & affectu
 rat. *Nam curtantus lubrica versat. For-*
 pauperes, qui solem domi citius qu
 nunt, liberis onusti incedunt, fortun
 vel nulli nascuntur, vel nati opinio
 runtur? DEUS est qui hæc agit, pater
 iniq; aget, nec pater invidè aut malig
 sui consilij, sui decreti, suæ actionis ra
 bis ignotissima. Licet, rem si humana
 expendamus, negare nõ possimus, m
 ciores lugendi causas iis esse, quorum
 hac vita decedunt, certi nimirum sur
 rum esse in manu Dei, nec tormentu
 tangere; non esse obnoxios periculis
 morbis, non rerum ad vitam necess
 ctui: quæ magis vel hoc ipso tempo
 sentimus, quam ventura metuimus,
 lem singulorum consideremus, an lu
 habeamus in dubio est? Imo quod n
 mus certum est: Aut enim proba futu
 proba: Proba gaudium nobis potius p
 ctum. Quis non malit, si moriendum
 bũ, quam improbum. Quamvis de pro



uin
 dere
 erno
 uctu
 st, us
 mit-
 Cur
 cer-
 olis
 nfe-
 Deus
 it ei
 no-
 one
 au-
 ex
 eo
 rtis
 on
 fe-
 ia,
 lo-
 am
 ea-
 n
 lu-
 ro-
 ra,
 uis